 Censibus vel alijs necessitatibus Communitatis
 que restant ultra impensas pro salariando
 ad supplenda dicta Officia substituto. Idem

novellus Penitentiarum die ingressus sui
vel alia proxima a Communitate determina-
ta jucunditatis ergo Refectionem tractandis
Confratribus pro modulo differentia us-
et consuetudines congruam in Mensa Com-
muni sumptu proprio comparandam apponet.

Statutum II.

De Electioe Praefecti Domus.

Praefectus Domus est et esse perpetuus, qui
in quantum fieri potest iuxta censum et merita
et inhabitantibus et non extraneus eligetur.
Verum si aliquis eorum senio quidem minor,
parvo et noviter ad Communitatem accer-
dens magis tam idoneus et Communitati
proficius ad regimen Domus, Jura defen-
denda, Censuram eligendos, nec non perfectioris
eruditionis ad dubia et casus Conscientiae
proponendos et resolvendos, vitio probato et exem-
plari reperitur: iste eligendus erit, ac ab Illu-
stribus

stratus et obmodum Reverendus Collegiatus San-
cta Annae Praeposito ubi Ecclesia primario Prelato
vel Archidiacono tanquam Patris sui Prote-
ctore Communis pro tempore caritativus
approbandus.

Statutum III.

De Officijs Praefecti Domus.

Quia ubi multi regunt, nemo regere videtur. Ideo
statuimus ut in hac Domo Pater Praefectus modo
praefecto constitutus potestatem directivam et
regimen in Domo, primatum et praesidentiam
in Capitulis et Convocationibus Communis
habeat eamque deest observantia honorandus.
Curabit promovere modestiam, bonum, hone-
stum, ubi, integritatemque Domus, jurisjurandi
idem iudicialiter sine calumnia, ubi opus fuerit
defensionem, sanctorum solum in conservationem.
Is idem Census in commune commodum et
usum Communis, ubi pro Mercedi commu-
ni et foco fundatos et applicatos condonabit,

113

aut vindicari curabit. Perceptas et expensas
 fideliter factas et Legestris conscriptas
 semel in Anno, idq; circa Festum Sancti Joannis
 Baptiste Fratres Capitulariter convocatis
 verificandas demonstrabit, quae omnibus audi-
 entibus, perlecta et pro justis agnita per se-
 cundum in Ordine Communitatis Persistentium
 pro tempore existentibus subscribentur. Deinde
 curam tempestive exactionis Fundationum
 in rem Ecclesiae et Scholae Parochialis Sanctae An-
 nae juxta praescriptum Ordinationis Secun-
 dae per Nominatum supra Fundatorem
 Ochakovium Anno Domini millesimo, septin-
 gentesimo, sexto Die decima Mensis Novem-
 bris factam, et in Judio Administratori
 Praevorensi Die Veneris decima septima De-
 cembri Anno ejusdem approbata sibi incum-
 bentem diligenter obsequit. Familiam domus
 conducet, et expedit. Negligentias in Officijs
 a Contrabitus

a Confratris commissas non aliquo respectu
 privato aut odio, quam Zelo justitiae et stu-
 dio Cultus Divini observabit, carentijs in Ori-
 ginali Breve expresse puniendas. Defectus
 minores Fratrum post praemissam paternam
 monitionem non emendatorum arbitrarijs
 aut per vota aliorum capitulariter condusis
 mulctis corriget. Fratres Officio Ordinario
 deferre et contra illos agere tenebitur. Ne-
 vero in decisionibus Capitulariter factis
 quatenus existente Personarum numero -
 paritas votorum evensat, post praemissas
 singulas singulorum Confratrum voces solus
 duo vota habebit. Cura Ordinaria Musico
 in dicta Collegiata Sanctae Anna conservan-
 da eidem Patri Praefecto annexa, nec non
 alia Officia Ecclesiastica, tam ipsorum quam
 alios Penitentiarum concernentia, quae

sufficiens descripta in Breve hujus
Communitatis habentur, ideo hic non iterantur,
sed tantum serâ expediendis diligentia com-
mendatur et præcipitur vigore presentium
Statutorum. Quod si ipsemet Pater Prefectus
in premissis negligens, defectuosus, scanda-
losus, aut Communitati iniurus existat
illum commoneandi, et monitis non proficien-
tibus deferendi poenitentiam prædictam Perillusis
et ceteris modum Reverendo eiusdem ut supra
Ecclesie Sancte et Annæ Archidiacono Langraviam
hujus Communitatis per Fundatorem constituto
Patrono perpetuo corrigendum, quem si nullus
emendatum non fecerit, tunc ex Consilio eius-
dem Prelati in Officio Ordinario agentis contra
pertinacem secundus in Ordine Penitentiarum
potestatem et obligationem habebit.

Statutum IV

De avensu ex uno loco natalium alibiorem faciendi, dato vacanti:
Iustitia

Justitia suadet, perseverantia et meritis compe-
 tentem deberi coronam. Proinde et in hac Eva-
 luer Penitentiarium Communitate id obser-
 vandum ordinamus, ut obvenciente post decessum
 aut alio quovis titulo data cujuscumq; loci vacatio-
 ne stantes ex loco minori in altiorem ordina-
 te ascendant, postremum occupante noviter
 ad communstatem adoptando. Quod si talem aliu-
 jus ascensum demerita notata seu ineptitudo
 manifesta, ad obeunda munera sui officia im-
 pedierint fiat promotio etiam non attento or-
 dine ejus, qui magis idoneus ascensus et loco
 necessarius videbitur, inonus idoneo cujus
 locum ulterius possidente. Quia vero singulis
 locis in Domo hac congruae habitabones per
 Fundatorem sunt assignate, nempe Primo loco
 in prima contignatione Habitatio versus Plate-
 am, secundo opposita illi versus Ecclesiam, Tertio
 in contignatione secunda versus Plateam, Quarto

versus Ecclesiam prædictam Sanctæ Annæ
fenestras habentes, ideò in eodem ascensu dispo-
sitis hæc Fundatoris observetur, ut ascendens Ha-
bitationem cum loco statim accipiat, et prorsum
deoccupet succedenti; nec non tradat omnia re-
quiritæ locum eundem ac Habitationem concer-
nentiâ.

Statutum V

De Observantia et Charitate fraterna.

Nemo infruari potest omnis in Domino congre-
gate Communitatis maximum robur ac præsi-
pium ornamentum consistere in mutua coha-
bitantium observantia et fraterna charitate.
Quamobrem et in hoc quaternio Patruus Pariten-
tiarum numero præcipimus, et statuimus
observandum; ut unus alterum omnes P. Pre-
fectum debita observantia prosequatur, et
quidem habito semper tenij. vocationis et loci
prioris respectu quovis loco et actu non attentis
genituræ

geniture, magistratus, gradus, profectus, extra-
 ne dignitatis aut alterius curatus domo et
 talenti circumstantijs, que dum ad rem et statum
 hujus Communitatis non pertinent pro nullis
 haberi debent. Observantia ejusdem gratia
 omnino abstineant, a famulatus, nisi-
 mijs contemptibus parentibus, vellicationibus
 rursus, conestis, contentionibus, deha-
 cionibus, vixis, maledictionibus, sommatibus dis-
 honorationibus, odijq; alijq; vitijs fraternam chari-
 tatem laedentibus sub penis arbitrarijs post pre-
 missam monitionem admodum Reverendi Pro-
 fecti capitulariter in obnoxium promissionum de-
 cernendas et extendendis.

Statutum VI.

De Honestate in Domino servanda

Quia juxta Sacram Scripturam ab omni specie
 mali abstinere debemus, idcirco statuimus et prescri-

primus, ne cuiquam mulieri suspecta in hanc
Domum ingressus, multo magis ad Habitationes
Presbyterales permittatur. Si autem in suo vel ali:
cujus alterius negotio advenerit foris aut ad Vi:
men Porta audiat. Quod si vero aliqua Persona
gravis et honesta hospes venerit sociam vel famu:
lam secum habens, talis etiam ad habitationem
excipi potest, et conferri id quod fuerit opportu:
num, apertis tamen foribus, excepto hyemali
tempore id vetante, idq; ad evitendam suspi:
cionis mala occasionem. At si sola venerit sine
Comite, cum ea in ambitu aut Stabulo Communita:
tis conferatur. In casu autem gravioris infirmi:
tatis in aliquem P. Penitentiarum occurrente
in ijs praecipue curativis quae sunt conse:
te Matronis modo probatae virtutis et hone:
statis erit ministerium permitti potest, si alius
medendi modus haberi nequit. Denique pro Focaria
nequaquam

negotiosam, mulierem juvenem aut maritatum
 vel viduam liberos habentem nec purosam,
 aut maledicam, nec in verbis licentiosam, aut
 cantilenis et vicibus gressivam, sed Femoriam
 constantem sedatam, sobriam, modestam et fi-
 delem suscipiant.

Statutum VII

De Munditie in Domino servanda

Decorum Presbyteris apprimè conveniens mun-
 ditie interna et externa, quam ab omnibus
 Domum hanc inhabitantibus servari et observari
 omnino mandamus, quatenus sordibus quidquid et
 sordibus non infiratur. Juligo ex caminis tem-
 pestive expurgetur serio in illi animadvertente
 et modum Reverendo Prefecto, sine cupis scitu
 et licentia nullus PP. Penitentiariorum quocumque
 hospites aut Familiares a Communitate alienos
 pernoctare presumat sub pena sex grossorum pro
 qualibet vice. Ob eandem mundities observanda causa

nemini. . . uidentes informandos fore, qui et
ad obsequia nisi unum puerum singulis habere
licebit illumq; modes:um studia tractantem
susceptum cum secte P. Prefecto, qui male mo-
ratos aut insolentes corripiendis, et incorrigibi-
les e' Domo hac expellendi etiam in obsequis
Domus facultatem habebit.

Statutum VIII

De Securitate Clausura et tranquillitate Domus.
Pacisquam et a communi secularium turba ac per-
turbationibus alienam Presbyterorum vitam et
residentiam esse decet. Statuimus ergo, ut eo fine
Domus hac nunquam sit patula sed semper
clausa ad illamq; Inhabitantes singuli singulas
claves habeant excepta clave pro nocturna clau-
sura a foribus area, quam solus P. Praefectus ha-
bebit, qui praedictas ad aream foris pro nocte estivo
tempore statim post horam nonam, hibernali
post


post octavam vespertina nam claudi curam habebit.
 Tardus adveniendi cuspram ex Fratris et pulsanti
 aperitur, id tamen pro vero adventu et intemptivo
 solvat multam proscorum duorum pro qualibet
 hora tardi adventus a tempore occlusionis ditam
 forum computandi. Quod si id sepius fuerit
 majori multa puniatur. Multo magis qui veni-
 ens ebrius strepitu et clamoribus perturbavit
 quietem aliorum, tum et ille qui tempore provis
 ebrius sobriusve rixis, clamoribus vociferationibus
 exultatis, alijsq; inconvenientijs libens aut mali-
 tiose excedens, importunus, infestus et scandalo-
 sus fuerit.

Statutum IX

De Pernoctatione in Domo et vagationibus istandis.
 Quia Vir bonus tum potissime spiritualis omni-
 penitus suspitione caret debet. Ideo hujus vitanda
 causa statuisimus ut nullus hujus communitatis
 Penitentiarum alibi pernoctare extra illa audeat

sub pena florent unius, et in loco honesto, secus
sub majori, que in delinquentem extensa si non
fecerit emendatum, ut prius hoc Penitus
agendum erit. Salvo nihilominus casu quo egres-
sus aliquis Penitentiarum extra muros Civitatis
recreationis vel legitime cuiuspiam necessitatis
causa inopinata aut ultra consuetudinem vulgari-
on Portanus preclusionem arceatur. Hi tamen
eventum res aut eius absentie rationem expos-
re debet P. Prefecto, a quo et ille consensum
obtinere tenebitur cui ire vel discedere longius quis
erit, et quidem procurato prius ad Officia Ecclesiasti-
ca omnia sibi incumbentia substituto diligenti de-
bite supplenda, nisi forte in negotio Communitatis
evensat iter, nam tunc alij Confratrum vices aben-
tis supplere debebunt, ac precipue isti, qui inte-
rim personaliter Officijs proprijs non erunt imper-
diti. Quia vero minus hoc graves moribus exem-
plares actibus, sedulos lectione pro exigentia
recitand

scientiæ competentis requirit. Precipimus rōi-
 tur ne ijdem Penitentiarj divagationibus
 absurdis tempus impendant frequenter inter
 populum versentur, cauponas pro computatio-
 nibus adeant, obsequia status suo difformia
 subeant et expendant, negotiationibus aut
 industrijs illucis se occupent, sed Domi se conti-
 neant, sua tractent, Cassistas et alios pro beneplacito
 suo libros legant, vel si animus majorem suadet
 profectum scientiarum lectionibus, ac potissime
 Theologie aut juris Canonici audiendis dent ope-
 ram liberis duntaxat ab exercitijs Officiorum
 ad se pertinentium honoris. Contra præmissa ve-
 lita excedentes sine rationali et justa causa
 post adhibitam monitionem fraternam non
 proficientem, ad privationem Mensæ per biduum
 vel triduum procedatur, vel alijs arbitrarijs pro
 qualitate excessus mulctis capitulariter de-
 cernendis puniantur.

Statutum


Statutum X

De Mensa Communis

1 Congruum est hos de Mensa communis vivere, quos eadem cohabitatio in Dome, par in di-
vinis labor sociavit. Et cum ea tantaj et pia
Fundatoris dicti liberalitate, alias de relicto
ipsius post fata peculio per Executores Testa-
mentarios provisum hic habeatur, ut viz fe-
lici tempore multo minus calamitose pro
prandijs comparandis, illisq; moderatis et
frugalibus sufficere possit. Ideo utilitatis ma-
joris et vitandi sumptus damnosi causã
statuimus, quatenus omnes Patres Domus
istius Penitentiarij simul et non diversim
sub pena carentie pransuri hora ordinarie
undecimã vel paulo post signo audito conie-
rant. Quod si quis aliquã causã legitimã
aut negotio urgenti impeditus nequeat
comparere

comparere, portio debita eisdem relinquetur.
 Inuitati pro prandijs alijs extra Communi
 nequaquam portiones pecuniarias pretendant,
 sed tantum de ferulis preparatis. Casu & gra-
 tudinis in aliquem veniente. Infirmo pro Cibis
 reorivis infirmitati conformibus debet sors
 in pecunia proportionata perconam concessione
 de expensis ea die occurrentibus; tum et illi
 quod aliquo extraordinario ex devotione assumpto
 jejunijs impeditus a mensa communi non je-
 juna abstinere, dummodo id non frequenter
 nec in dolum faciat. At ille, qui necessitatis
 privatae causa aliquo Cracoviã discedet, dictus
 absentia sua omni prorsus carebit portione
 salva tamen Communitatis necessitate, quae
 absentem ita faciet capacem portionis. Licet
 vero Beneficia data sunt propter Officia.
 Ideo dicti P. Penitentiarii ratione praeterea

mensa communis reverint se esse obligatos.
Primo. Ad rigorosam observantiam omnium
in Breve contentorum tum et Statutorum
presentium. Secundo. Ad obligationes illas
quae Inscriptiohus bonis s. et quidem Primâ
per Generum Domnium de Stradomia
Stradomski Ponorum Villarum Surikodzyn
et Wolka Surikodzka Heredem super iisdem
Bonis in Palatinatu Pandomiriensi, Districtu
Viduviciensi consistentibus coram Actis Castri-
situs Nova Civitatis Coviczyn Sabbato post
Dominicam Jubilate, Anno Domini, mille-
simo, septingentesimo, decimo quarto, ra-
tione Censuum Annuus Florenorum Sexcentorum
Poloniarum, in varios usus et distributiones
ordinati, a Summa Capitali decem Millium
Florenorum summam provenientis recognita.
Secundâ. Per Generum Antonium a Kurdwanow
Kurdwanowski

kurdwanowski, Villanum Wilczyška, Jerow et
 kocranka Aredem super iisdem Bonis in
 Palatinatu Cracoviensi Districtu Pecens ja-
 centibus, in Castro Cracoviensi Feria sexta
 post Dominicam Petave Anno Domini-
 millesimo, septingentesimo decimo septimo,
 ratione Censuum Annui receptionis florenorum
 Colonialium Centum triginta octo, a Summa
 Capitali duorum Millium et Trecentorum si-
 milium facta, atque in Castro Pecens Sabbato
 post Festum Sancti Agidij Abbatis Anno eodem
 millesimo, septingentesimo, decimo septimo
 oblata: specificata, et Communitati dictae sunt
 iijuncte ac impositae nimirum. et Missas tri-
 nas sine Requiem dictas, sive per Explora-
 tionem quovis Mense per Primum, Secundum
 et Tertium Penitentiariorum: excepto quarto ab-
 his Missarum obligationibus, quia jam alias

eadem Menstruas votivas varias etiam quovis
mense binas sibi per Ereccionem à Fundatore
impositas habet; pro eodem Fundatore Gregorio
Sacerdote, et ejus Parentibus Consanguineis et
Benefactoribus recitandas. Item ad quatuor
Defunctalia seu Exequias quartualiter quatenus
cum Officio Innum Nocturnorum et Lau-
dibus Missa una Cantata et tribus Lectis, pro
Anima Stanislas et Sophia Boreckich
atq; Parentum et Consanguineorum ipsorum
per omnes quatuor Penitentiariorum abso-
lendas. Item ad Anniversarium unum -
cum toto Officio Defunctorum ac Missis to-
tidem ut in quartualibus Exequijs et similiter
absolvendis pro Anima Valentini Juszcovskis
laici ac Parentibus et Consanguineis operus
per orationem Deus veni largitorae in
Missis Lectis addendam, et in Memento
mensuarius

mortuorum commendatis expediendum.
 diè ante vel post Festum Sancti Valentini-
 Martyris proxima Festo duplici non impedita
 Item ad dicendum Psalmum De profundis &
 cum Oratione communi pro Defunctis: Fide-
 lrum Deus & cum versibus ante et post
 dici solitis, idq; in recessu à mensa post
 Gratulationem diebus profectis seu non
 celebribus recitatione alterna tantum, nam
 in Festis eandem Devotionem privatim sin-
 guli genuflexi absolvere tenebuntur. Lib. 173
 si aliquis hujus Communitatis Presbyter præ-
 dicta Mensa communi, utpote ob tenuitatem
 prædictam proventus moderatâ non contentus
 meliori commode appetitus seu aut delectationis
 stomachi indulgens alibi sumptu proprio
 mensam sibi conduxerit, permittatur ei, si vero

domi fercula gustus suo placita preparari
voluerit preparantur illis in foco communis
per Focariam Domus. De proventu autem
mensae communis pro obligationibus presta-
tis Missarum et Pregrarum, si eas absolue-
rit, consuetum detur stipendium, nempe pro
qualibet Missa florenus unus. Pro Vigilijs et
cantu choralis sive ad pulpitum sive ad
Altare florenus si idem unus amplius ni-
hil ob respectum habendum nec per abusum
hujusmodi divisione bono communi nociva in-
ducatur.

Statutum XI.

De curandis et dispensandis necessitatibus pro Mensa communi.
Quis sentit commoda etiam incommoda sentire
debet. Quare cum sanum sit omnibus P. P. Paris.
Lentianis commune Mensa haec: ideo procu-
randis et coemendis necessitatibus illius com-
munem impendere labores et cooperari a-
mnibus

inikus consentaneum est, vel iunctis ad curam
 P. Praefecti auxilij iuxta ipsius dispositionem
 remanere exigentiam, vel per alternam admi-
 nistrationem servato tunc ex ordine sub-
 sequentem quartualem sive Annuus, aut
 deniq; per electionem e medio cui in Procu-
 rationis necessitatum communium unius ad
 id munus aptioris pro suscepto ministerio
 contentatione congrua premiandi, Ad quos
 alterutro eor; utiliori praesente ex propositis
 modo constitutum. Dispensatio veluti ad cu-
 ram rerum consequens pertinet.

Statutum XII.

De Conservatione Domus et Fundationum
 Scrupulose ac diligenter conservanda sunt qua
 Piorum liberalitas promovendo cultus Divino
 utilitati utitur, suffragijs Defunctorum de-
 dicavit, fundata perpetuitati consignando.

Statuimus ergo ut ad effectum eundem re-
cens erecte hujus Schakourana Communitatis
Domus Lapidea notasti Fundatoris sumptu
empta atq; ex fundamentis ad statum pre-
sentem in ijs omnibus qvæ ad commodam
honestamq; Presbyteralem residentiam devent;
noviter reformata habeat conservationis sua
curatorem perpetuum Presm Prefectum com-
munitatis nunc et pro tempore existentem
ac speciatim quo ad sarta tecta et totius stru-
cturæ Domus præcavendam viciam et quidem
modo ac sumptu in Prectione circumscriptis.
Luo vero ad singulas singulorum Presbyteronũ
Mansiones qvævis habeat inhærentem obli-
gatum ad conservanda ea qvæ noviter aut
reparata aut constructa continentur, ad per-
ficienda vero illa qvæ pro majori suo com-
modo desiderantur, et quidem sumptu proprio
cujuslibet

cupus sit et de persona praei in alijs Communi.
 talibus similibus observata, et menti hujusce
 Fundatoris conformi. Ut autem conservationis istius
 us major certitudo habeatur, quilibet P. Pen
 nitentiarum noster ad habitationem intro
 ductus descriptionem illius in praesentia P.
 Praefecti factam et per ipsum conservandam
 manu propria subscribet recognoscens se ta
 liter descriptam recepisse. Porro, Funda
 tiones, quas hic rationabilis et clara disposi
 tio Fundatoris inserta Ordinationi, principali
 in Executione contenta distinctim singulis
 seorsim Penitentiarum assignavit, tam
 pro Persona sui quam pro Intereptis uere
 sue Ordinationi annexis manutenendas atq;
 vindicandas, ne in toto vel in parte pereant.
 Statuimus Censuras repetendis adhibendam

esse servam prefiso Inscriptioibus tem-
pore diligentiam. Loco si aliquam Summam
Capitalem deportari contigerit, illam non
debere transferri nisi in bona terrestria
hereditaria sufficientia, ordinationi Res.
publice non obnoxia non desolata, in unda-
tioni agrorum non succumbentia, gleba fer-
tili et non sterilibus petrosis, humidis, aut ve-
neis agris inherencia. Castrokacovensis quo-
ad Forum cubreba est, quam ut in forma idem
in deportationem simili Summa censu
majori onerata. Harum autem castrorum
exploratio seria Inscriptioibus transferri
dorum Capitalium praemittenda, fiat par-
tium personali visione Bonorum et ratione
Inventariorum, partim investigatione et
visus sed maxime ex DD. Susceptoribus
Castrensis

Castrensis veteranis, onerum et furium Ter-
 restrium plene gnaris, non credendo facile
 indigentibus summa transportanda Nobilibus
 qui plerumq; onera Villis suis inhaerentia
 celant, proventus illarum magnificant, et
 sic incautos decipiunt Centuum fundato-
 rum possessores. Inscriptio recens quo ad
 omnes clausulas debet fieri conformis archi-
 episcopi seu immediate precedenti. Ne vero in
 praetibus actibus aut quibusvis comitibus
 expedirendis aliquis error committatur, non
 fiat sine praerequisito aliorum Confratrum
 consilio ac praecipue ab eis consensu et dno
 Lndi Patris Praefecti qui etiam adesse illis
 praesens in Foro rebus competentis tenebitur
 Tum et querelationes ab unoquoq; Confratre

scriptas videre antequam solventibus Censibus
debitis dentur pro perceptis. Deinde in ipso
receptio Censuum colutorum multe magis re-
ceptorum divisio fieri non debet. partim
habende claritatis gratia quaedam pro Inter-
repe Presbyteri cedere, quod ad commune repo-
sitorem pro alijs usibus et expensis iuxta Ord-
nationem Fundatoris possit ac debeat reserva-
ri, partim ob extendendas per detractiones
de sorte salariis penas in eum qui aut negli-
gens in Officijs notatus aut presentium Sta-
tutorum transgressor fuerit. Denique oc-
currente Pestilentie aut Hostilitatis, quos
Deus avertat, casu ob quem et Communitas
hec evadendi periculi causa diffluere, et Ord-
narius Curus Divinorum Officiorum cessare
deberet. Domus a damnis et desolatione
preservanda

preservande: et in ea nullus ex PP. Peniten-
 tiarum remanere voluerit: Pater Praefectus
 Custodem fidelem provideat ex fundo pro
 Mensa communi Censu sustentandum. Depositi-
 torum commune id est Arca ferrea cum de-
 positis Prebendicibus, Juribus alijsq. in ea conten-
 tis et continendis Domus pro futuris in Aram
 Ecclesie Sancte Annae conservandam transferatur
 In hac quoq. Arca conservabuntur percepti
 Census pro Musica Censu Mariano et Officio
 de Conceptione Immaculate Beatissime
 Virginis, ceterisq. devotionibus et necessitatibus.
 Titus a Fundatore ordinatus pro iisdem post
 annos Dei misericordione memoratas pla-
 gas resuscitandis continuandisq. Preterea
 quidquid de iisdem Censibus stante eiusmodi
 periculo et Divinum curatione accrescit

id totum ad solos duntaxat usus praestatorum
Officiorum et devotionum conservandorum re-
ponetur, partim ut Ministris illas absolven-
tibus praefixo tempore salariandis parata
in posterum pecunia habeatur, antequam ce-
quens evanescat, partim ad supplenda in-
dissimulate percolutes dictis Censibus defalca-
tionum detrimenta, et sortis stipendiales
specorummet. R. Penitentiariorum Personis
juxta praescriptum Brevis sive sententiae
tum et Mensae communis proventus, ut pro-
tunc juste percipiant. Obligatio istius Mi-
narum tam in ordinatione principalis expressis
quam hic statuto decimo de Mensae communis
supra enumeratis sub opere consuetudine bene-
runtur, et si non in propria praestata Collegiata
Sanctae Annae Pragae ut alias debent ordinari
destinato

destinato tempore omnino celebrari, saltem in
 alijs Ecclesijs extra Praesentiam pro diversitate
 Locorum commemerantes. Officium quoque Defuncto
 rum suis temporibus private recitabunt. Haec
 tempestate Census Mensa communes ultra
 sumptibus pro praenotato Custode Domus re-
 stantes dividendi erunt in omnes aequaliter
 modo ad finem statuti decimis de privata
 seu ecclesia Mensa praescripto reliquisque
 superfuerint ex divisione ejusmodi in usus
 congregati rursus Communitatis et con-
 servandus bonum commune, atque expensas
 litis emendandorum retrusmet Fundationes
 censuum retentis.

Statutum XIII.

De Conferentijs in materia Casistica
 exercendis.

Sicut perfectos decet medicos agrorum corporum
curationibus praeo modos et medelam habere, ita
ad sanandos lesarum conscientiarum defectus
efficacia in promptu adesse remedia Confessarij
incumbit. Hujus itaq; utilitatis et accumulan-
do peritis causa. Statuimus ut Penitentiarj
istius Communitatis semel in septimana
quavis die et hora sibi pro libitu electis Con-
ferentias in Materia Casistica exerceant.
Lectiones hebdomadarum librorum de ipse
sibi invicem referant. Dubia resolvenda
proponant, dirigente discursans Patre
Praefecto, et occurrentes difficultates resol-
vente.

Statum XIV

De Scandalosis contumacibus et incorrigibilibus.
Praeservandis a clade noxia armentorum que-
ritus bene prospicitur, dum infecto quavis
morbida

morbida contagione peudes a consortio sanano
 protinus amoveatur. Proinde et Nos Morali hu-
 jus Communitatis saluti consulentes ordina-
 mus quatenus bonum commune vitiantes scap-
 dalos contumaces et similes in malorum
 obnoxij post adhibitos fraternae correctionis
 medes incorrigibiles reperiuntur tanquam lapis
 offensionis et ovis scabiosa, communi bonorum
 societate indigni habeantur, merito herce Be-
 neficio privandi ac ex Domo ista excludendi
 et id quod effectum Pater Praefectus una cum
 alijs Confratribus agere sub onere consuetudine
 manebit obligatus ex vi officij sui superius
 Statuto tertio prelibati. Et quoniam supramemo-
 ratus Fundator Penitentiariorum hujusmodi amo-
 vebiles et non institutos esse voluit, hoc autem

Ordinationis ipsius punctum ex multis ra-
tionibus animum Nostrum permoventibus.
Decreto particulari huius Die veneris vigesima
primam Mensis Maji Anno currenti millesimo
septingentesimo. vigesimo, tertio, lato, favore
ipensis et tam sanctae et pie fundationis,
restringi curavimus; attamen quantum
possumus ad intentionem Fundatoris dati
propius accedere cupentes, Statuimus ut in
materia privationis arbitrium sive iudicium
Summarum in domo ipsa P.P. Penitentiariorum
pro prima, tandem coram Illustribus
et obdormum Reverendis Praeposito et Archi-
diacono Ecclesiae Collegatae Sanctae Annae
pro secunda, denique coram Nobis sive Officio
Generali Cracoviensi pro tertia et ultima.


ac sic

ac in appellabili Instantia procedatur.
et causa privationis terminetur.

Statutum XV.

De tempore legendorum Statutorum presentium.
Cum neminem late ad observantiam cui leges
obligare soleant nisi prius promulgentur
et ritus obligandorum commendentur. Pro-
pterea in hac doctoribus quatuor Penitentiariis
cum Communitate presentia, ut in omni-
bus et singulis punctis superius descripta
rite observentur Statuta, Ordinamus et
praecipimus legenda esse ordinare. Primo
Cuius Presbytero necesse est ad Communitatem
hanc accedenti capaci viso et conformi ad
Officia obeunda, agnito per R. Praefectus Do-
mus, antequam ad M. Patronis ad hoc Bene-
ficium commendetur et presentetur. Secundo

Hic in Anno quolibet, nempe: Ad instum
Novi Anni et post Festum Sancti Joannis
Baptiste die proxima. Insuper gravis legiti-
ma necessitate exposcente. In quorum fide
suprascripta Statuta et obligationes uti iuri
et justitiæ conformes in omnibus et singulis
suis punctis Auctoritate Nostra confirma-
mus et approbamus. Datum Praecore in
Palatio Nostris Episcopali Veneris die vige-
simæ primæ Maji Anno Domini mille-
simæ septingentesimæ, vigesimæ, tertie.
Decretum Judicii Episcopalis Super Pun-
cto Immunitatis Penitentiariorum manu-
alium in perpetuos cum Canonica Institutione
ad Ecclesiam Collegiatam Prag. Die Anno
Anno Domini millesimæ, septingentesimæ, vigesimæ
miseris



me tertio. Die vero Veneris vigesima pri-
 ma mensis Maij Prae: _____
 Coram iudicio Illustrissimi et Reverendissi-
 mi Domini Constantini Felicerani in Pra-
 viae Szansausho: Dei et Apostolicae Sedis
 gratia Episcopi Praecorensis Ducis Sacerdotis
 in publica Caesarea Audiencia comparens
 personaliter et admodum Reverendus Andreas
 Antwinski Penitentiariorum Ecclesiae Colle-
 gatae Sanctae Annae Prae: Fundationis
 Ochakowsanae Sensor et Praefectus, ac respec-
 tive Illustris et admodum Reverendi
 olim Gregorij Ochakowicz Sacrae Theologiae
 Doctoris, praedictae Ecclesiae Collegatae Sanctae
 Annae Praepositi, praefatorum vero Peniten-
 tiariorum Fundationis Testamentarius De-
 cuter Principalis Actor, in termino hodie

ex Literis Curiae contra quosvis Interpretatos
emanatis, debite ut a tergo illarum appa-
rebat executis et publicatis provenientes,
contumaciam omnium et singulorum sua
ex diverso jus et interese aliquod ad infra-
scripta se habere putantium et pretendere
tuum, dicitis Curiae Literis Citationis nec per
se nec per suum legitimum Procuratorem
comparentium accusavit, et in eorum
contumaciam producta Electione Ori-
ginali prememoratorum Penitentiarie
vni in praedicta Ecclesia Collegiata
Sancta Anno Grae fundatorum. Per
quos Ordinationem Electionem ordina-
tam fuerat, quatenus prememorati Pen-
itentiarj manuales et non instituti ac
ad nutu

ad nutum auctoritates promovebantur
 productis quoque rationibus legitimis et iuri-
 diciis manifestans huiusmodi Peniten-
 tiariorum ut minus utilem et magis ne-
 cessariam explorantibus, maiorem vero utili-
 tatem et commoda tam ipsius Ecclesie
 quam ipsorum Penitentiariorum, hono-
 rumque Fundationis et Fundatoris salva
 perennia mente Fundatoris, litigijs in
 certis casibus obicem ponere cupientis
 probantibus et concludentibus, in premissis
 idem rationibus in scripto productis, vi-
 delicet Prima. Sed manuales tanquam
 Mercenarij obiter duntaxat administrant
 sua officia, non representes tenorem Fun-
 dationis nostre ad tempus, et semper cogitantes

de alio firmiori beneficio. Secunda. Lira
per manuales non potest recte perpetuari
Fundatio, et seure non possunt vindicare
census suos, ac defendere Jura fundationis.
Debitoris enim faute possent aliquo fa-
vore conciliare vel contempere Superiorum
Manualium, ut vindictans Penuria amove-
retur a loco per vindictans. Tertia. Lira
Instituti sunt seuri sub Fundationis
et semper gerunt honore cui Beneficij
ac obstricti juramento de non alienandis
bonis, non presumuntur unquam sibi
nocere. Quarta. Lira ista Fundatio est
notabilis, honorifica et estimabilis, adeoq;
ex natura sua requirit habere institutos,
ne dicatur aliquem habere defectum, satisq;
fiat

fiet Mentis Fundatoris, quando Instituti
 circumscriptentur, certis limitibus, Ordina-
 tionibus et qualitatibus. Licetque per mo-
 dum Invenienti Provisiones prefatis ma-
 nualibus summum perbat incommo-
 tam Providendis quam Provisori respectue
 vero Illustri Admodum Reverendo Prepo-
 sito predicta Collegiata Sancta Anno.
 Punctus manualitatis prefatorum Pe-
 nitentiarii salvis suis circumstantijs
 scribendi et immutari. Decretumq; super
 eo fieri et in scriptis promulgari debita
 dum instantia postulavit. Iudicium
 Illustrissimis et Reverendissimi Domini
 Episcopi supramemorati visis Prædictæ liti-
 vis ad effectum præmissorum emanatis

debitę et legitime executis, antequam
Integrates quous pro die et termino ho-
die no nec per se, nec per suum legitimum
Procuratorem comparentes contumaces prout
merito erant evadente iustitia reputavit,
et in eorum contumaciam, consideratis
motuibus reflexionibus ac rationibus per
Actorem ubi Fundatoris Testamentarium
Recursum ipsiusq; Mentis benignam
judicialiter producit, eę attento, quod
petita Restrictio non sit essentialis
sed dumtaxat accidentalis, vergatq; in
bonum et commodum tam Ecclesie quę
ipseusmet Fundatoris, Punctus Creationis
quo ad manualitatem Pensionariorum
Fundationis Schaboviane predicta restrin-
gendum

gendum et immutandum esse duxit,
 uti quidem restituit et immutavit,
 et ut in futurum perpetuis temporibus
 Penitentiarum praedicti occurrente vacatione
 per officium Ordinarium ad presen-
 tationem Praepositi capedute Ecclesie
 Collegiate Sancte Anne idq; propria re-
 commendatione Magnifici Rectoris
 Universitatis Pragensis ac Clarissimo-
 rum quatuor Facultatum Decanorum,
 alias juxta tenorem originalis Brevis
 faciendam more solito et servatis servan-
 dis instituantur et investiantur Ordina-
 rit. Salvando tamen intentionem
 Fundatoris, quò ad amovibilitatem, quatenus
 exigente necessitate et in casu delicti contra

hujusmodi Penitentiariorum in ordine
ad privandum, primo in Collegio seu
Domo ipsorummet Penitentiariorum
per modum Prime Instantie, tandem
coram Prelatis, Preposito et Archidia-
cono supra dictae Ecclesie Collegiate
Sancte Anne per modum Secunde
Instantie. Ad extremum vero coram
Ordinario Officio presenti sine Consi-
stentiali Generali Cracoviensi per mo-
dum ultime Instantie. procedatur
statuit et decrevit. Decreti presentis
vigere ad promissa mediante. Pre-
sentialibus Perillustri et abmodum Reue-
rendo Michaeli De la Mars Cantore
Chetmensi

Chetmencis Praeposito Infulato et Officiali
 perpetuo Tarnovicensis Curiae suae Illu-
 strissime Celsitudinis Generali Audito-
 re et Iudice, et me Alberto Ceypler
 Utriusq; Juris Doctore Insiensis Decano
 Sanctorum Omnium Praecura Scholastico
 Curiae suae Illustrissimae Celsitudinis
 Actuarius. Ex Protocollo Actuum Curiae Episco-
 palis Praecurae extractum, et Sigillo Illu-
 strissimae et Reverendissimae Domini Episcopi
 Praecurae supra memorati communiter
 Albertus Ceypler Utriusq; Juris Doctor Curiae suae
 Illustrissimae Celsitudinis Actuarius manu propria



qua ego Mathias olim Christophori
 Cyankiewice Publicus Sa auctoritate
 Apostolicae Diocesis Praecurae Notar-
 rius praesens Insupernotus Prothono-
 et punctonem me Notarius Petrus


Collegiata Sancta Anne Pro Penitentia:
notum cum sua Authentica Originali Prece-
ne vidi, legi, huiusmodi Precectionem cum eu-
dem suo Authentico de verbo ad verbum
concordare dinvensi. Ideo preces trans-
scriptum manu mea propria scriptum
subscripsi, signo Notariatus mei publici
ac nomine et cognomine meis solito,
ad finem et eventum et eis firmiter
obvis stetur, plenam fides adhibea-
tur rogatus et requisitus communari
Præorie huius die Veneris 16ta Men-
sis Januarij Anno Domini 1762mo





ZYGMUNT AUGUST KROLEWIC.

Handwritten notes on the right margin, including the number 22 and other illegible characters.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.